

28. Cur doctrina de fædere gratia appellatur clavis Bibliorum ? Quia fieri non potest, ut nucleus Scripturæ, & insigniores ipsius locos communes, ut sunt de liberto arbitrio, de justificatione, de sacramentis, &c. intelligamus, si naturam hujus fœderis ignoremus.

C A P V T . X X V .

## *De Euangelio.*

1

**Q**uid sit Euangelium? Est doctrina di-  
uinus promulgata, de redemtione  
nostris per Christum.

2. *Quis sit Euangeli nucleus?* Christus  
mediator merito & efficacia.

3. An. lex moralis & euangeliū sint  
opposita, vel subordinata? Prius affirmatur,  
quatenus spectatur iustificatio legalis & e-  
uangelica : posterius, si sermo sit de obedi-  
entia euangelica secundum legem præ-  
stanta.

4. An lex ceremonialis sit opposita Euangeliō 3 N. Est enim ipsius pars, & veluti pictura: dum videl: vñicum Christum crucifigendum ob oculos ponit.

S. An Evangelium in V. T. fuerit igno-  
rum? N. Quot enim ibi occurruerunt promis-  
siones.